sericordie & alia iusticie. Et r̄ndet q̄ hoc est propter
diversitatē p̄notatoꝝ vel diversarum deo conce-
ptionum ppter quā etiā diversitatem aliqua diuine
bonitatis attribuunt aliqua misericordie. bonitas em̄
respicit gratuitā dei donationes. misericordia nō s̄
malō liberationē. Postea querit quō intelligendum
sit & vniuerse vie dñi sunt misericordia & veritas.
Et r̄ndet q̄ boc ideo d̄: q̄ cum sit duplex aduentus
dei-vnus misericordia alias iusticia respicit. vel hoc
p tanto d̄: q̄ ad deum imus mala declinando p iu-
sticiā bona opa faciō d̄ misericordia. & sic vniuer-
se vie dñi misericordia & veritas quib⁹ ad deū imus
Ultimo q̄rit vtrū in oī ope dei misericordia & iustitas incla-
dant. Et r̄ndet bñ quoſdā q̄ nō bñ effectum. sed q̄
in quibusdā sit tñ misericordia & in quibusdā tñ iusticia
in quibusdā misericordia & iusticia sit. Dicunt tñ in oī ope
dei p̄tneri ambo bñ essentiā. q̄ vna & cādē volun-
tas dei est iusticia & misericordia. Alij nō dicunt q̄ etiā
bñ effectū vel signū in omni ope dei p̄currunt sumus
misericordia & iusticia. ita q̄ nullū opus dei sit in quo nō
sit effectus vel signū eçātis & misericordie siue occulte
siue apte. Et tñ in speciali.

De sententia iudicis

Dlet etiā que-

DI. XL
VII

Six etia que-
ri qualit̄ dabit iudicij sententia
S; nō est p̄spicuum id explicare
Non enim scriptura apte diffinit
an voce illa p̄ferat. Venite bñdicti. et Ite
maledicti. an virtute iudicis ita fiat p̄cien-
tij singulorū attestantibus. vt mō dicit̄
futurū vt iudicis potentie effectus: ipsius
dictione significet. Illa etiam. Esuriuit et
nō dedistis mihi manducare et hmōi m a /
gis p̄cientij exprimenda plurimi putant
q̄ verbis: qz aplus in momento et in ictu
oculi misterij p̄summandum tradit. S; il
lud ad resurrectiois statū tm̄ referunt non
ad iudicij: qui alij iudicij sententiā et ma-
lorum increpationes et bonoz premia ver-
bis exprimenda asserunt.

Quid indicabunt sancti et quod. b

Non autem solus

christus iudicabit: sed et sancti cum eo iudicabunt nationes. Propterea enim apostolus ait. Sedebitis et vos super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus isti. Nec est putandum quod duodecim apostoli tamen ibi promiserint christum. Abi enim se debet paulus quod propter omnes laborauit si non ibi sedebunt nisi xii. Per duodecim ergo sedes perfectio tribunalis. id est universitas iudicantium intelligi. scilicet omnes perfecti qui relictis omnibus seicuti sunt christum. Per duodecim tribus universitas iudicandorum. Iudicabunt vero eos

sancit nō mō cooptatione, sed etiā autorita
te & potestate. *Unū Gladij* ancipites in ma
nibus eoz. i. sententia de bonis & de malis
in potestate eoz. Si vero queris que erit
ez potestas vel autoritas in iudicando?
Nuto nō ante posse sciri qz videat: nisi di
uinareuelatione quis didicerit.

*De ordinibz eorum qui iudican
dierunt.*

Erunt autē quatu

Grego. super Job.
or ordines in iudicio. Due quipe sunt par
tes. elector. s. & reproboz. vt Greg. in mo
ralibus ait. Sz bini ordines eisdē singulis
partibus continent. Alij eñ iudicantur &
peunt: alij nō iudicant & pereunt. Alij iudi
cantur & regnant: alij non iudicantur & re
gnant. Iudicant & peunt quibus domini
ca inclinatione dicet. Esuriui & non dedi
stis mihi man. &c. Nō iudicant & pereunt
quibus dñs ait. qui nō credit iam iudica
tus est. Eorum em̄ damnatio toti ecclesie
nota est & certa. & ideo dicunt tunc non iu
dicari: qz ad sp̄ctum districti iudicis cū
aperta damnatione sue infidelitatis acce
dent. Qui vero p̄fessionez fidei sine opibz
habent: iudicabunt & peribunt. i. redargu
entur ut pereant. Qui vero nec fidei sacra
menta tenuerūt: increpationem iudicis in
se fieri nō audient: qz infidelitatis sue tene
bris p̄iudicati: eius quē despererant inue
ctione redargui nō merent. Illi autē saltē
verba iudicis audient. qui eius fidem sal
tem verbo tenuerūt. Illi autē in damnatio
ne sua eterni iudicis nec verba p̄cipient: q
eius reverentiam nec verbotenus seruare
voluerunt & ideo illi iudicāti: s̄ isti non iu
dicandi dicunt. Ex electorū vero pte alijs
iudicant & regnant. s. qui vite maculas la
chrymis tergunt: & elemosynarū superin
ductione operiunt: quibus iudex veniens
in dextera cōsistētibus dicet. Esuriui & de
di. mihi mandu. Alij autē nō iudicant & re
gnāt. qui etiā precepta legis p̄fectioz vir
tute transcendūt: qz nō hoc solū quod lex
precipit implere contenti sunt: sed & qz ad
p̄fectionem consulit̄ implere student. Be
quibus p̄pheta ait. Dominus ad iudiciū
veniet cum senatoribz populi sui. Et sa
lomon de ecclie sponso loquens ait. No
bilis in portis vir eius qñ sederit cuz sena
toribus terre: & Job ait. Nō saluat impi
os & pauperibus iudiciū tribuit. H̄j ergo
recies sub generali iudicio nō tenen̄: sed iu

dices veniunt: qz & precepta generalia vī
uendo vicerunt: & omnibz relicis xpm se
cuti sunt. Recte pauperibus iudicium tri
buit: qui quāto huic mundo magna humi
litate despecti sunt: tanto tunc maiori cul
mine potestatis excrescent. *De talibus dī*
Apocal. iii.
citur. Qui vicerit dabo ei sedere mecuñ in
throne meo sicut & ego vici & sedi cū patre
meo in throne eius. Vincēs dñs cum pa
tre in throne sedit: qz post passionis certa
men et resurrectionis palmam qz patri es
set equalis: omnibus claruit. Nobis vero
in throne filij sedere: est ex eiusdem filij po
testate iudicare. Quia em̄ iudicandi prin
cipatum ex eius virtute p̄cipimus: quasi i
throne eius residemus. Ex his apparet q
etiā p̄fectiores sancti cum xpo iudicabunt
potestate: & quare quidam dicunt iudicā
di alijs non iudicandi.

*De ordine iudicii et ministerio
angelorum.*

Cum autē in euāge

lio legat: qz dñs mittet angelos suos qui
colligent de regno eius omnia scandala: et
mittent iniquos in caminū ignis. Et item
Exibunt angeli et sepabunt malos de me
dio iustorū & mittent eos in caminū ignis.
Et itē. Mittet angelos suos cū tuba & cō
gregabunt electos a quatuor ventis: & p/
pheta dicit. Longegitate illi sanctos eius
Ministerio angelorum illa impleri dubi
tandū non est. Domino em̄ veniente ad iu
diciū p̄cedet ante eū ignis quo comburet
facies mundi huius: & p̄bit celū et terra.
non h̄m substantiā. sed h̄m speciem que im
mutabitur: celū quidē aereum nō ethereū
Tm̄ enim ascendet ignis in iudicio q̄tum
ascenderūt aque in diluio. Ille autē ignis
malis q̄ repti fuerint viui: erit p̄sumptio:
bonis vero nō. vt ait Auḡ. Hoc erit incē
dium mundi sanctis: qd fuit caminus tri
bus pueris. In quibus si aliquid purgan
dum fuerit p̄ illū ignem purgabitur. Alijs
vero nullā ingeret molestiā. Purgato & o
p̄ ignem mundo: & ad iudiciū veniente do
mino emitetur vox illa magna qua resur
gelorū ventilabitur area: quia boni cōgre
babuntur ibi de quatuor partibus mundi
angelico ministerio: quo & rapient obuiā
xpo in aera: reprob̄ in terra quā dilexerūt
remanētibus. Et tunc preconia illa bona
rum: esuriui. & dedissis mihi manducare &

Increpatōes ille malorū: esurui & non de-
vist. mihi mādu. &c. pferent: vel sono vo-
cali vel alio modo. Deniq; pferent senten-
tia sup' ytrōs. Venite bñdicti: & ite male
dicti &c. Et ministerio angelorum virtute
dei coopante: mittentur mali in caminum
ignis: hoc est in infernum.

**Si post iudicium demones perūt
hominibus ad puniendum.**

Et solet queri vtr

in inferno malis ad puniendū p̄sint demo-
nes post iudicium: quos carnifices tortores
& animarū scriptura appellat: Apostolus
dicit: q̄ xps tunc euacuabit omnem princi-
patum & potestatē & virtutē. Num em-
rat mūdus: angeli angelis: demones demo-
nibus: homines hoībus p̄sunt. Sed omni-
bus collectis: iam omnis platio cessabit

Huic quidā putant post iudicium demo-
nes non habere potestates cruciandi ho-
mines sicut modo. Sed vt demones vtu-
te dei cruciari sine creature ministerio esse
rūt sic reprobos homines ibi non p̄ opatio/
nem demonum: sed virtute diuina tantum
eternis subīci cruciatib;. Premissa tamē
autoritas non id cogit sentire: que & si asse-
rat nūc nec demones demonib: nec hoīes
hominibus presse: nō diffinit tñ an demo-
nes presint hominibus ad torquendū: vñ
quibusdaz videtur eos sic cōstare hoībus
tortores in pena sicut exiterūt incentores
in culpa.

Ista est distictio, xlviij. huius quar-
ti libri. In qua magister post q̄ orēsum est de remu-
neratiōe & punitiōe p̄cedente iudicium generale hic
vero determinat de ipso iudicio & p̄tinentibus ad ip-
sum. Et tria facit. Primo enim agit de modo iudicij &
asseſſoribus. Seco de angelis iudicādō ad iudicium
p̄gregantib;. Tertio de demonib dānatōs puniti-
tibus. Primum vñq ibi. Nō aūsolus xps. Sedm vñq
ibi. Et solet queri. Tertius vero vñq ad tñc distin-
tio. In speciali sententiā magistrū stat in tribus p̄posito-
ribus: quarum p̄ma est hec. In extremo iudicio uni-
uersitas p̄fectorū iudicabit collegium reproborum.
Hanc magister insinuans p̄ponit primo & quidā po-
nunt iudicium non vox vel scriptura p̄ferendum q̄a
apostolus dicit illud fieri ietu oculi. Sed diuina vir-
tute artstantib; conscientia singulorū qua pena vñ
quod p̄mitto digni sunt. Alij vero p̄trariū ponūt & vñba
pnissi apostoli resurrectōs statu & nō de iudicio in-
telligunt. Postea dicit q̄ nō soluz christus iudicabit
sed vñuersitas p̄fectorū cū eo qui p̄ duodecim sedes
stelligunt. vt p̄ duodecim tribūs vñuersitas iudi-
candorū designat. Iudicabit autē fieri nō solū coope-
ratione sed etiā autoritate & potestate. que tñ sit il-
la eoz potestas in iudicando. anteq; videat scribū non
pot. nūl quis hoc diuina revelatione didicerit. Po-

stea dicit q̄ quatuor erit ordines in iudicio. Alij ve-
ro iudicantur & pereunt. Alij nō iudicantur & pe-
reunt. Alij vero iudicantur & saluant. Alij nō iudicā-
tur & saluant sicut per exēpla declarat. Secunda pro-
positio est hec. Ministerio angelorū p̄gregabuntur
ad iudicium exercitus iudicandoꝝ. Hac magister po-
nens ostendit quid angelifaciant. & dicit q̄ eoz mī-
nisterio p̄gregabunt omnes ad iudicium quozum mī-
nisterio ignis p̄flagrationis precedet quo combure-
tur facies vñuersi. s. huius mundi. & tantū ascendet
q̄tum ascenderunt aque in diluvio. purgato autem
per ignem mūdo diuina virtute & angelorū mīniste-
rio resurgent. boni vero angelorū ministerio rapietur
obuiam xpo in aera. Reprobi vero in terra quaz de-
lexerunt remanebunt. Postea sequitū iudicium distri-
ctum & vñtimū. ultima sententia iudicis p̄ferit qua
prolata iusti ibunt ad vitā eternā. Mali vero angelorū
ministerio vi tate dīl cooptante mītent in infer-
nū. Tertia p̄positio est hec. Reprobi damnati p̄ ex-
tremum iudicium puniēnt in inferno ministerio demo-
num. Hanc magister ponens querit. Utrum homi-
nes post iudicium puniānt in inferno virtute demoni-
s. Et r̄sideret bñ Iis. & nō. q; post iudicium cessabit om-
nis platio. Alij vero dicit q̄ qui fuerūt incentores in
culpa erunt tortores in pena. Et tñ in speciali &c.

De forma iudicis.

¶ Let etiā q̄ri

DI. XL

VIII

s. in qua forma christus iudi-
cabit. In forma vñq fui iu-
dicabit: que oībus in iudicio
apparebit vt videant mali in quē pupu-
runt. Diuinitatē vero eius mali non vide-
bunt. Unde Esaias. Tollatur impius ne
videat gloriam dei. Humanitatē videbūt
vt timeant: diuinitatem vero non: ne gau-
deant. Diuinitas enim sine gaudio videri
non potest.

Qd appebit tunc in forma fui. b

Sed cum informa

humana constat cum apparitum: queri-
tur an informa illa gloriofa appareat sicut
vere est: an in forma qualis in passione ex-
titit. Quidam putant a malis talem vide-
ri quamē crucifixerūt. id est infirmā. quia
dicit scripture vt videant in quem pupu-
gerunt. Sed aperte Augu. dicit formā ser-
ui glorificatam a bonis & a malis tunc vi-
deri sic. Cum in forma servi glorificata iu-
dicantem viderint boni & mali: tolletur im-
pius vt non videat claritatem dei que de-
us est: quā soli mūdo corde videbunt. qd
erit eis vita eterna. Forma ergo humana
in christo glorificata videbit acunctis: vñ
de & christus dicitur iudicaturus: quia fi-
lius hominis est. Ita enim legitur in euāge-

Aug. sup lo

Quare p̄p̄us
di iudicatur⁹ lio Johannis: ⁊ potestatem dedit ei iudi-
cium facere: q̄r filius hominis est. Non q̄
ipse ex virtute hominis sit iudicaturus vñ
q̄ ipse solus sine patre ⁊ spiritu sancto iudi-
cium sit facturus: sed quia ipse solus in for-
ma serui iudicans bonis ⁊ malis videbis.
Lum ergo pater nō iudicat q̄ēq̄: sed om-
nem potestatē dedit filio: non ita est intelli-
gendum quasi filius solus iudicet ⁊ nō pa-
ter: sed quia forma filii hūana cunctis in iu-
dicio apparebit: nō in forma infima sed glo-
riosa. Judicabit autem ex virtute diuinitatis
nō sine patre ⁊ spiritu sancto: ⁊ appa-
redit terribilis imp̄us: ⁊ mitis iustis. Erit
enī terror malis ⁊ lumen iustis.

Quare h̄m formā serui dicit̄ chri-
stus suscitaturus corpora. c

A. sup. Jo. **Et sicut dicit̄ chri-**
stus h̄m formam serui iudicaturus ppter
causam p̄missam: ita etiam dicitur suscita-
turus corpora mortuorū h̄m humanitatem
cum tamē virtute diuinitatis sit suscitat-
rus nō humanitatis. H̄z hac rōne illud di-
citur: quia in humanitate suscepit quod ē
causa nostre resurrectionis. id est passionē
⁊ resurrectionem. Ideo ei ascribit̄ h̄m ho-
minem suscitatio mortuorū. Unde Aug⁹.
P̄er verbum filium dei fit animarū resur-
rectio. P̄er verbum factum in carne filiū
hominis fit corporum resurrectio. Itē Ju-
dicat ⁊ suscitat corpora non pater: ⁊ filius
h̄m dispensationē humanitatis: in qua mi-
nor patre est christus: in eo q̄ est filius dei
est vita q̄ viuiscat aias. In eo q̄ est filius
hominis: iudex. Ecce h̄m formā humani-
tatis dicitur suscitarus corpora et iudi-
caturus. Iudicaturus aut̄ quia illa forma
cunctis in iudicio apparebit: ⁊ suscitarus
quia in eadem forma meritum ⁊ causam re-
surrectionis nostre suscepit. Et q̄r h̄m can-
dem formam vocem dabit qua mortui de
monumentis resurgent ⁊ procedent h̄m q̄
deus est. Viuiscat animas nō pater tantū
q̄r non tñ pater vita est: sed ⁊ filius cuz eo
⁊ spiritu sanctus eadem vita est que per-
tinet ad animam non ad corpus. Corpus
enī nō sentit vitā sapientie: sed anima que
illuminaſ a lumine eterno. Licet ergo cri-
stus potentia diuinitatis viuiscet animas
⁊ suscitarus corpora ⁊ iudicet: non ocioſe ta-
men ⁊ preter rationem ei h̄m formam dei
tribuit viuiscatio aias et h̄m formā serui
iudicium ⁊ resuscitatio corporum.

Beloco iudicij. d

Putat quidam do

minū descensurū in vallem iosaphat in iu-
dicio: eo q̄ ipse per Iohelem prophetam
sic loquitur. Longregabo omnes gentes.
⁊ educam eas in yallam iosaphat: ⁊ disce/
ptabo ibi cuz eis. In cuius capituli expo-
sitione ita reperi. Hoc quidam pueriliter in-
telligunt q̄ in valle que est in latere mōtis
oliueti descensurus sit dominus ad iudici-
um: quod friuolum est: quia non in terra:
sed in spacio huius aeris sedebit contra lo-
cum mōtis oliueti ex quo ascendit: ⁊ sicut
Johānes Chisostomus dicit Angelī de/
serent ante eum signum crucis: vñ in euā
gelio veritas dicit. Ettunc apparebit si/
gnum filij hominis tē. Josaphat autez in
terpretatur iudicium domini. In vallem
ergo Josaphat. id est iudicij domini con-
gregabuntur omnes imp̄i. Justi vero nō
descendent in vallem iudicij. id est damna-
tionem: sed in nubibus eleuabuntur obui/
am christo.

Be qualitate luminariū ⁊ tempo-
ris post iudicium. e

Beniente autē ad
iudicium domino in fortitudine ⁊ potesta-
te magna: sol ⁊ luna dicunt̄ obscurari: non
sui luminis priuatiōe: s̄ superueniente ma-
toris luminis claritate. Virtutes quoq̄ ce-
lorum. id est angeli dicuntur moueri: non
metu damnatiōnis vel aliqua perturbatio-
ne pauoris: sed quadam admiratione eo/
rum que viderint. Unde Job. Lolumne
celi pauent aduentū eius. Ante diem vero
iudicij sol ⁊ luna eclipsis patientē: sicut io-
hel testatur dicens. Sol conuertetur in te-
nebras ⁊ luna in sanguinem anteq̄ veniat
dies domini magnus ⁊ horribilis. Oha/
gnus vero dicitur propter magna que sibi
fient. Lum autem factum fuerit celum no-
uum et terra noua: tunc erit lux lune sicut
lux solis: testante Esaiā: ⁊ lux solis septem
pliciter. id est sicut lux septem dierum: q̄a
q̄ētum luxit sol in prima cōditione septem
dierum ante peccatum primi hominis: tan/
tum lucebit post iudicium. Minorata em̄
fuit lux solis ⁊ lune aliorumq; sideruz per
peccatum primi hominis: sed tunc recipi-
et sol mercedem sui laboris: quia septēpli-
citer luccabit ⁊ tunc nō erit vicissitudo diei

et noctis: sed tamen dies. **Vñ** Zacharias. Et erit dies una que nota est domino: non dies ne/ceps nox: et in tempore vesperi erit lux: quia tunc non erit veritas diei et noctis quemodo est: sed continua dies et lux. Esayas tamen videtur dicere quod tunc non luceat sol vel luna loquens congregationi sanctorum. Non erit tibi inquit amplius sol ad lucenduz per diem: nec splendor lune illuminabit te: sed erit tibi dominus in lucem sempiternam. Sed his verbis non negat solem et lunam tunc lucere: sed significat his qui tunc erunt in eterna beatitudine: nullum lucis visum praesta re: quia ut ait Iohann. super eundem locum Celi terreni solis atque lune nobis cessabit officium et erit ipse dominus lumen suis in perpetuum. Potest etiam intelligi illud Esiae ea ratione dictum: quia sol et luna tunc non habebunt ortum et occasum sicut nunc. **Vñ** Isti. illud Esiae quasi exponens ait. Post iudicium sol laboris sui mercedem suscipiet. Unde prophet. Lucebit septempliciter et non veniet ad occasum nec sol nec luna: sed in quo creari sunt stabunt: ne impinguo in tormentis sub terra positi fruatur luce eorum. Unde Abacuc. Sol et luna steterunt in ordine suo. Ecce agere dicit solem et lunam tunc lucere: sed stabiliter permanere: ubi etiam significat infernum esse sub terra. Si vero queritur quis sit visus lucis solis et lunae tunc? Fateor me ignorare quod in scripturis non me mini me leguisse.

Ista est distinctio. xlviij. huius quartilibus. In qua magister postquam ostensum est quomodo fieri iudicium generale quod ad modum iudicij et ministerios iudicis. Hic agit de eo quodum ad personam iudicis. Et tria facit. Primum enim offendit in qua forma Christus ad iudicium veniens apparebit. Secundo subdit locum ubi iudicabit. Tertio annexit quod corporibus celestibus post iudicium maiorem claritatem dabit. Primum vero ibi. Durat quidam. Secundum vero ibi. Veniente autem ad iudicium. Tertius vero ad finem distin. In speciali sententia magistrus stat in tribus propositionibus quartu prima est. Christus apparet in forma humana iudicabit viuos et mortuos virtute divina. Hanc magister insinuans proponit primo christum secundum formam hominis iudicaturum esse. quod delata a malis videri non potest. Postea dicit quod iudicabit in forma hominis gloriosa in qua deus a bonis et a malis videbitur. Id dicit autem quod iudicabit virtute divinitatis. unde quod dicitur in Job. quod pater dedit potestatem filio iudicium facere quod filius hominis est. non est tamen intelligendum quod ex virtute humanitatis sit iudicatur. vel quod ipse solus sine patre et spiritu sancto iudicium sit factum. sed quod ipse solus in forma serui iudicatur a bonis et a malis videbitur. secundum quod etiam modum intelligendum est quod pater non iudicabit quemque sed omne iudicium dedit filio. Additum estiam quod Christus apparetur terriblem impium. iustus autem misericordia. Erit enim terror malis et lumen iustis. Postea declarat per simile quod dixerat. sicut enim

secundum formam serui Christi iudicaturus. propter dictam causam virtute quidem divinitatis. ita etiam virtute divinitatis et non humanitatis resuscitabit mortuos. nam secundum formam humanam sibi resuscitatio mortuorum attribuitur. quod in ea meritum et causam infra resurrectionis sic et etiam redemptoris accepit. et passionem et resurrectionem. quod auctoritatibus confirmat. Secunda propositio est hec. Ut dicit Iohannes prophet. Vallis Josaphat est locus extremi iudicij. Nam inde insinuatur ponit auctoritate Iohannes. iij. c. vbi iohannes dicit. Iudicabit Christus in valle Josaphat quod in spacio illius aeris sedebit. vel quod ad terram cum multis ibi disceptabat in iudicio. Ponit etiam effectum iudicij. quod eo viuente in fortitudine magna et potestate ad iudicium sol et luna dicunt obscurari non propter sui luminis priuationem sed propter claritatem iudicis supuenientem. Dicunt etiam virtutes celorum. id est angelorum moueri ex admiratione visorum non metu damnationis nec perturbatione paucorum. Postea dicit. quod ante diem iudicij ad litteras stelle obscurabuntur et eclipsim patientes. et ostendit auctoritatem Iohannes dicens. Sol queretur in tenebris et luna in sanguinem ante quod veniet dies dominus magna et horribilis. Tertia propositio est hec. Cell luminaria facta in mundo in innovatione erunt quod non sunt lucidiora. Hanc insinuans dicit. quod post iudicium facta innovatione mundi huius luminaria maiorem claritatem recipiunt. quod auctoritate esiae probatur. Tertio videlicet erit lux luna sicut lux solis et lux solis septempliciter. Si enim omnia propter peccatum hominis deteriora sunt. ita post regenerationem eius omnia meliorabuntur. et si que auctoritates videntur dicere sole et luna cessare intelligentiam est quod tum ad mortuorum vel quod beati cor et lumine non indigebunt. Quis tamen tunc futurus sit visus solis et lune dicit se ignorare. potest enim dici. probabilitas quod est in decoro et perfectione transuersus et in manifestationem laudis et tamen in speciali.

Bedifferentia mansionum in celo et in inferno.

Post resurre

xi. XLIX

p
ctionem vero facto transuerso impletumque iudicacione: suos fines habebut ciuitates due: una Christi alia dyaboli. Una bonorum: altera malorum utramque tamen angelorum et hominum. Istis voluntas: illis facultas non poterit esse peccandi vel illa conditio moriendi. Istis in eterna vita feliciter viventibus: illis infeliciter in eterna morte sine moriendi potestate durantibus: quoniam utriusque sine fine. Sed in beatitudine isti. aliis alio prosperabilius: in miseria vero illi. aliis alio tolerabilius permanebunt. Ex his apparet quod sicut boni differenter glorificabuntur: alijs magis: alijs minus ita etiam differenter in inferno punientur. Sicut enim in domo patris. id est in regno celorum mansiones multe sunt. id est primiorum differentiatione. ita et in gehenna diuerse sunt mansiones id est suppliciorum differentie. Omnes tandem eternam penam patientur sicut omnes electi eundem habebunt denarium quem

Solum
beati.
Bolet

M. Will.

debeatitudine

sciam quod si ve

gutum. et. et. et.

run et. cum car

udine volumen

ta certa de ips

fusa voluntate

sed quod non om

omnes nover

se in tanta ani

poteris aliq

Eduardus

comes. tunc. et

scitur duplo dispu

tus ab omnibus

in fine facili

naturae facili

admodum et

bonum. et. et.

benevolenter. et

bonorum. et.

poteris aliq

in tanta

paterfamilias dedit omnibus qui operati sunt in vinea. Nomie denarii aliquid omnibus electis commune intelligitur. s. vita eterna deus ipse quo omnes fruuntur: sed impariter. Nam sicut erit differens clarificatio corporum: ita differens gloria erit animarum. Stella enim a stella. i. electus ab electo differit in claritate mentis et corporis. Alij enim alijs vicinius clariusque dei speciez contemplabuntur: et ipsa contemplandi differentia diversitas mansionum vocatur. Dominus ergo est una. i. denarius est unus sed diversitas est ibi mansio. id est differentia claritatis. quia unus est et summum bonum beatitudo et vita omnia. id est deus ipse. Hoc bono omes electi perfruuntur. sed alijs alijs plenius. Perfruent vero videndo per speciem non per speculum in enigmate. Habet ergo vita est videre vitam. i. cognoscere deum in specie. Unde veritas ait in euangelio. Hec est vita eterna ut cognoscant te quem misisti Iesum Christum esse unum et solum verum deum hoc est habere vitam. id est cognoscere te: non est ipsa cognitione que tu es: sed per cognitionem habere bonum quod tu es. id est vita.

Si omnes homines volunt esse b
beati.

Solet etiam queri

Aug⁹. in lib.
iii. doctrin.

de beatitudine utrum eam omnes velint et sciunt que sit vera beatitudo. De hoc Augusti. in. xiiij. li. de trinitate ita differit. Omnis enim est cum capescende retinetur beatitudinis voluntas una sit omnium: unde tantum existat de ipsa beatitudine rursus diversitas voluntatum: non per eam aliquis nolit sed per non omnes eam norint. Si enim ea omnes noscerent. non ab alijs putaretur esse in virtute animi: ab alijs in voluptate corporis: ab alijs atque alijs alibi atque alibi. Quomodo ergo omnes amant quod non omnes sciunt. Quis potest amare quod nescit sicut supra disputauit. Cur beatitudo amatur ab omnibus: nec tamen scitur ab omnibus an forte sciunt omnes que ipsa sit: sed non omnes sciunt ubi sit: et inde contentio est. An forte falsum est quod per vero posuumus beatitudo vivere omnes homines velle. Si enim beatitudo vivere est (ubi gratia) per animi virtutem vivere: quomodo beatitudo vivere vult per hoc non vult? Nonne verius diximus homo ille non vult beatitudo vivere: quia non vult per virtutem vivere: quod solum est beatitudo

vivere. Non ergo omnes beatitudo vivere volunt: immo pauci hoc volunt: si non est beatitudo vivere nisi per virtutem animi vivere quod multi nolunt. Ita ne falsum erit. Unde nec ipse Cicero dubitauit: ita enim. Beati certe omnes esse volumus: absit ut hoc falsum esse dicamus. Quid ergo an dicendum est etiam si nihil aliud sit beatitudo vivere quam per virtutem animi vivere: tamen et qui hoc non vult: beatitudo vivere vult. Nam quidem hoc videtur absurdum. Tale enim est ac si dicamus: qui non vult vivere beatitudo: beatitudo vult vivere. Item repugnantiam quis audeat: quis ferat: et tamen ad hanc contrudit necessitas: si et omnes beatitudo vivere velle verum est: et non omnes volunt sic vivere: quomodo solum vivitur beatitudo. An illud ab his angustijs poterit nos erucere: si dicamus nihil esse beatitudo vivere per delegationem suam: et ideo falsum non esse quod omnes beatitudo vivere velint: quia omnes ita volunt ut quemque delectat. Sed id quidem falsum est. Velle enim quod non decat: est esse miserrimum. Nec tam miserrimum est non adipisci quod velis quam adipisci velle quod non oporeat. Quis ita cecus sit ut dicat aliquem ideo beatum: quia vivit ut vult: cum profecto et simiser esset. Minus tamen est: et si nihil eorum que perperam voluntate habere potuisset. Natura enim voluntate vel sola miserquis efficitur: sed misericordia desideriorum male voluntatis impletur. Quapropter quoniam verum est quod omnes homines beatitudo velint: id est ardenter amore appetant: et propter hoc cetera quecumque appetunt: nec quisque potest amare quod omnino quid vel quale sit nescit: nec potest nescire quid sit quod se velle scit: se quitur ut omnes beatitudo vitam sciunt. Omnes autem beatitudo habent quod volunt: quis non omnes qui habent quod volunt. continuo sint beatitudo. Continuo autem miseris sunt qui vel non habent quod volunt: vel id habent quod non recte volunt. Beatus ergo non est nisi qui et habet omnia que vult et nihil vult male. Ille quippe beatitudo vivit qui vivit ut vult: nec male aliquid vult. Cum ergo ex his duobus constet beatitudo vita: licet in malis sit aliquis bonus: non tamen nisi finitis omnibus malis est beatitudo. Cum ergo ex hac vita: qui in his miserijs fidelis et bonus est venerit ad beatitudo vitam: tunc erit vere quod nunc nullo modo esse potest ut si homo vivat quod modo vult. Non enim ibi voleret male vivere.

LI.

tttere. aut voler aliquid quod deerit. aut de / erit aliquid quod voluerit: quicquid ama / bitur aderit: nec desiderabis quod non ad / erit. Et omne quod ibi erit bonum erit: et summus deus summus bonū erit: et quod est omnino beatissimum: ita semper fore certum erit. Beatos autem esse se velle omnium ho / minū est: beatos se esse velle omnes in cor / de suo vident: nec tamen omnium est fides qua ad beatitudinem puenitur.

Si quid de deo cognoscit aliquis
qd ibi non intelligent omnes. c

Solet etiam queri
vtrū aliquid de deo cognoscat aliquis ma / gis merit? vt petrus: quod non cognoscat aliquis minus merit? vt linus? Pluribz / videtur q̄ omnia de deo ad beatitudinem spectantia omnes communiter electi cogno / scant: sed differenter. Nihil enim in deo no / scibile maius digniusq; videtur q̄ eum in / telligere trinū et ynum hoc autem omnes tunc per specie cognoscet. Unde sequitur / vt non sit aliquid beatitudini p̄tinēs in cog / nitum alicui beatoꝝ. Omnes ergo cuncta illa v̄ldebut quoꝝ cognitione seruit beatitu / dini: sed in modo vidēdi different. Alius enī alio magis: aliis alio minus fulgebit.

Beparitate gaudij. d
Solet etiam queri

Aug. In ll de / ciuitate dei.

an in gaudio dispares sint: sicut in clarita / te cognitionis differunt: **Be hoc Augu. ast** Multe mansiones in uno domo erunt. s. varie premioꝝ dignitates: sed ybi deꝝ erit omnia in omnibus: erit etiaz in dispari cla / ritate par gaudium: vt quod habebut sin / guli: cōmune sit oibus: q; etiam gloria ca / pitis omnū erit p vinculū charitatis. Ex his dāt intelligi q; par gaudiū omnes ha / bebunt: et si disparē cognitionis claritez q; p charitatem que in singulis erit pfecta / tm quis q̄ gaudebit de bono alteri? q̄tuz gauderet si in seipso haberet. Sz si par erit cunctoz gaudium: videſ q; par sit omniū beatitudo: qd cōstat omnū non esse. Ad qd dici pōt q̄ beatitudo par eēt si ita esset par gaudiū vt etiā par esset cognition. sed quia hoc non erit: non faciet paritas gaudiū pari / tate beatitudis. Pōt etiā sic accipi p gau / dium: vt nō referat paritas ad intentionē affectionis gaudientium: sed ad yniuersita / tem rerum de quibus gaudebitur: quia de

III

omni re ynde gaudebit unus: gaudebunt omnes.

Si maior sit beatitudo sanctorū
post iudicium.

Post hoc queri so

let si beatitudo sanctorum maior sit futura post iudicium q̄ interim? Sine omni scri / pulo credendum est eos habituros maio / rem gloriam post iudicium q̄ ante: qz t ma / ius erit gaudium eorum: vt supra testatus

est Aug. t amplior erit eoz cognition. An Piero. super

de Hierony. Peracto iudicio ampliorem

gloriam sue claritatis deus demonstrabit

electis. Si quem mouet quid opus sit spi / ritibus defunctorum corpora sua in resur /

rectione recipere: si eis potest sine corpo /

ribus summa beatitudo preberi. Difficil /

lis questio est: nec potest a nobis perfecte

dissimiri: sed tamen dubium non est t raptā

a carnis sensibus hominis mentem: t post

mortem ipsa carne deposita non sic videre

posse incommutabilem substantiam. id est

deum: sicut sancti angeli vidēt: sive alia la /

tentiori causa: sive idco quia inest ei natu /

ralis quidam appetitus corpus ammini /

strādi: quo retardatur quodāmodo ne tota

intentione pergant in illud summum ce /

lum: donec ille appetitus cōquiescat. Por /

ro si tale sit corpus cuius sit difficilis t gra /

uis amministratio sicut hec caro que cor /

rumpitur: multo magis auertitur mēs ab

illa visione summi celi. Proinde cum hoc

corpus iam non animale sed spirituale re /

cepit equata angelis habebit perfectum

nature sive modū obediens t imperans vi /

uiscata: t uiuiscās tam ineffabili faculta /

te: vt sit ei glorie qd sicut sarcine.

Ista est distinctio. xl ix. huiꝝ quar

ti libri. In qua magister postq̄ ostensum est de peri /

nentibus ad iudicium generale. Hic autem psequē /

ter agit de finali remuneratione bonorum. Et circa

hoc tria facit. Primo enim distinguit remunerando

rum. scilicet bono: uāt et maloꝝ meritum. Secundō

quidē subdit quomodo omnibus in est beatitudinis

desiderium. Tertio etiā consequenter annectit non

omnes equaliter habere beatitudinis premiū. Pri /

muꝝ v̄sibz ibi. Solet etiam queri. Secundū v̄sibz ibi

Sed si par erit cunctorum. Tertiū v̄sibz ad finem

distinctionis. In speciali sententia magistri stat i tri

bus propositionibus quarum prima est hec. Ut ciuitas

bonorum post iudicium consummanda est in glo /

ria ita malorum in miseria. Vane magister insinu /

ans dicit post iudicium ciuitatem bonorum consum

mandam esse in gratia. ciuitatem malorum in pena

que tamen pena et gloria diversimode a divers

DI.

sis participant. Secunda ppositio est hec. Constat omne hominē naturē petere beatitudinem. Hanc magis ponēs qrit. Quō sit intelligēdū q̄ oēs appetit beatitudinē. cū nō omēs cognoscunt beatitudinē mi-
rum est quomodo eam appetunt. Et vide respōde
re magister. q̄ omnes scūnt que sit beatitudinis ra-
tio nesciunt tamen vbi talis ratio inueniatur. Sub-
dit q̄ nō sit vera beatitudinis ratio. habere qd̄ de-
cat s̄ habere quod homo vult et nihil malū velle.
quod auto utatibus pbat. Querit postea. Ut si in-
ter bonos vnu alio in deo plura recognosat. et re-
spondet q̄ nō salē de primitibus ad beatitudinem
sed in modo cognoscendi est differentia. Tertia pro-
positio est hec. In regno celorū nō est omnino equa-
lis beatitudo electorum. Hanc magister ponēs que
rit. Utrum differenter deo videtur equale sit gau-
dium. Et respōdet fm̄ quosdā q̄ sic. nō tamen erit
beatitudo equalis que nō solum in gaudio sed etiā
in cognitione p̄sistit. fm̄ alios & eo equale est gaudiū
quo ad omnia de quibus gaudendum est. nō tamen
quo ad modum gaudendi. nec quo ad intentionē af-
fectionum gaudientiū. Postea dicit q̄ sine dubio be-
atitudo sanctorum post iudicium maior erit q̄ ante.
quia malus est gaudium & perfectio erit cognitio.
Et tñ in speciali r̄.

Si mali in inferno peccabunt. a

Icorit que-

b. s̄to ex premisso ducens ori-
ginem. Supra enim Aug. lo-
quēs de malis in inferno dā-
natis: & bonis in celo glorificatis. dixit: q̄
nec bonis voluntas: nec malis facultas es-
se peccati poterit. Et de bonis quidem cō-
stat: sed de malis a quibus volūtatem ma-
la non remouet queritur: quomodo sit ve-
rum eos non posse peccare: imo quomodo
verum sit eos non peccare cum malam ha-
beant volūtatem? Quidā autem il-
lam volūtatem nō esse peccati: sed supli-
cium tm̄. Alij vero peccati esse satent. led
q̄ illud eos nō mereri aliquam penā: q̄ nō
estib⁹ locus merendi. Illud ergo peccati
dicunt non esse meriti iuplicij sed suplicij
um. malit meriti quod in hac vita p̄cessit.
De hoc autem Augustinus ita dicit. Te-
pus acquirendi vitam eternam in hac tñ
vita deus hominibus dedit vbi voluit eti-
am penitentiam esse fructosam: ideo hic
penitentia fructuosa est: quia potest hic ho-
mo deposita nequitia bene vivere: et mu-
tata volūtate: merita simul opera q̄ mu-
tare & ea gerere que deo placeant. Quod
qui in hac vita non fecerit: habebit quidē
penitentiam in futuro seculo de malis su-
is: sed indulgentiam in conspectu domini
non inueniet. quia et si erit stimulus peni-
tudinis: tamen nulla erit ibi correctio yo-

L

luntatis. At talibus em̄ ita culpabitur infi-
quitas sua: vt nullatenus ab eis possit vel
diligere vel desiderari iustitia. Volūtas em̄
eorum talis erit vt habeat semper in se malis
gnitatis sue supplicium nunq̄ tamen reci-
pere possit bonitas affectum. Quia sicut il-
li q̄ cum christo regnabunt nullas in se ma-
le voluntatis reliquias habebūt. ita illi qui
erunt in supplicio eterni ignis cum dyabo-
lo & angelis eius deputati. sicut nullā ha-
bebunt ylterius requiem sic bonam nulla
tenus poterunt habere voluntatem. Et si
cūt coheredibus christi dabutur perfectio
gratiae ad eternam gloriam. ita consortib⁹
dyaboli cumulabut ipsa malignitas penaz
quando exterioribus deputati tenebris &
nullo illustrabuntur interiori lumine veri-
tatis. Ex his apparet reprobos in inferno
penitentiā sic gesturos: vt per eam prauam
voluntatem non deserant: et illa maligna
volūtas erit eis ad cumulū pene: per quā
tamen non merebuntur quia nullus mere-
tur nisi in hac vita.

Quare dicuntur tenebre exte-
riores. b

Hic queri pōt qua-
re ille tenebre quibus inuoluerunt mali in
gebēna dicunt tenebre exteriores. Quia
tunc mali penitus extra lucem corporalem
& spiritualem scilicet domini erunt. Nunc
enim & si patiens tenebras in cecitate men-
tis. non tamen penitus extra lucē dei sunt
nec corporalī luce priuantur. Bēt Aug.
sic ait. Ira dei & in iudicio erit: & hic est in
cecitate mentis cum dantur mali in repro-
bum sensum. Ibi exteriores tenebre erunt
quia tunc peccatores penitus erunt extra
dei. Quid est em̄ penitus esse extra deū
nisi esse in summa cecitate. Si quidem ha-
bitat deus lucem inaccessibilem. Ille au-
tem tenebre hic iam incipiunt in peccante
cum ab interiori dei luce secludit: sed nō
penitus dum in hac vita est. Ecce quare
ibi peccator dicif pati exteriores tenebras
& non hic. quia ibi secludetur penitus a lu-
ce dei: qd̄ nō hic. Sed quomodo intelligē-
da est illa seclusio. An quia non videbunt
deū p̄ specie? Sed nec alicq̄s videt h̄ deū p̄
specie? An p̄ dissimilitudinē quā facit pec-
catū inter deū & hominem. Sed & hic mul-
ti p̄ grauiā peccata elongant a deo An qr

Aug. super
psal. vi.

DI. L

Solutio sc̄m
diuersos.

Aug. in li. de
fide ad petrū

LI.

deū odiunt ita vt velint eū nō esse? S̄z r̄ h
multi deū oderūt: de q̄bus scriptū ē. Sup
bia eoꝝ q̄ te oderūt ascēdit sp. Que est ḡ il
la elongatio? Sane extēiores tenebre in /
telligi p̄nt quedā malignitas odīt & volun
taris que tune excrescit in mentibus repro
borū: t̄ queda obliuio dei: q̄ tormentorū
interiorū & exteriorum doloribus adeo affi
cientur & turbabunt. vt ab illis ad cogitā/
dū aliqd de deo vix vel raro vel nunc mē
tem reuocent. Ut qui nimio premunt pon
dere: a deo stupescunt & turbant. vt inte
rim in alia cogitationē non extendant: sed
illuc tendit impetus cogitationis vbi sen
titur vis doloris. Sed in hac vita nullus
adeo malus est: vt penit' secludat a cogi
tatione dei: qui nec perdit appetitum beati
tudinis & quandā boni amoře quem natu
raliter habet rationis creatura. Illas autē
extēiores & profundissimae tenebras repro
bos pressuros post iudicium dicit August.
oponens de illo diuite q̄ in inferno posī
eleuans oculos vidit abraam & in sinu eiꝝ
lazarum: cuius comp aratione coactus est
cōfiteri mala sua vſq; adeo vt & fratres ro
get ab his p̄moneri. Qd ante iudicium fa
ctum legif: sed post iudicium in profundiori
bus tenebris erunt impū. vt nullā dei lucē
videbunt cui confiteantur.

Be animabus damnatorum. si
quam habent noticiam eoruꝝ que
hic fiunt.

Preterea queris
let si reproborū aie que nūc in inferno cru
cianē noticiā hñt eoꝝ que circa suos s̄ hac
vita gerunt: & si aliquo mō doleant super
infortunijs suorū caroꝝ. Hāc questionem
Aug. commemorat ex pte eā explicat: ex
pte v̄o insolūtā relinquens. Ait enī Que
ret aliq̄s an vllus dolor rāgat mortuos de
his q̄ in suis post mortē p̄tingunt vel quo
ea que circa nos agunt nouerint spūs de
functorū. Lui rñdeo magnā esse questionē
nec in pñti differendā. Uerūt̄ breuiter di
ci pōt: q̄ est cura mortuis de suis caris: vt
de diuite legif q̄ dū tormenta apud inferos
pateref: leuauit oculos ad Abraā: & inter
alia dixit. Habeo enī quinqꝝ fratres mitte
aliquē ex mortuis vt testes illis ne & ipi ve
niāt in hūc locū tormentorū. Habant enī
mortui curā de viuis quos scūt̄ viuere q
nec in locis penarū vldēt eos. vbi diues si
ne fratribꝝ erat. nec in ređe beatoꝝ vbi la

*Aug. super
psal. cxiij.*

III

zarū & abraā q̄uis longe agnoscet. Nō
tñ ideo p̄sequens est eos scire que circa cal
ros suos agunt hic vel leta vel tristia.

Quō accipienda sunt que de la
zaro & diuite leguntur.

Si quis autē que
rat quō intelligaf qd de lazaro & diuite le/
gitur: Audiat augustini r̄sum dicentis:
Si q̄s putat anias corpe exutas locis cor
poralibꝝ cōtineri cū sint sine corporō dee/
runt q̄ faueāt & diuite sitientē i loco co:pa
li fuisse p̄tendat: p̄ amq; aiam corporeā p̄
parasse linguā: & stillā de lazari digito cu
piſſe. S̄z melius est dubitare de occultis:
q̄ litigare de incertis, diuite in supplicio
pauperē in refrigerio esse nō dubito. Sed
quō intelligaf diuit̄ lingua: digit̄ lazari:
flamma inferni: sinus abrae & hmōi: vix a
māuetis & p̄tentiosis nūc inuenitur.

Sise vident boni & mali.

Queri etiam solet

v̄x vicissim se videat illi q̄ sunt in inferno
& illi q̄ sunt in gloria: Sicut sancti tradunt
et boni malos: et mali bonos vident vſq;
ad iudicium Post iudicium v̄o boni videbūt
malos: sed nō malibonos. An Greg. In
fideles in īmo positi an diez iudicij fideles
sup se in requie attendunt quorum gaudia
post contemplari non possunt.

Be chaos inter bonos
et malos.

Bed cuꝝ sanctima
los in tormentis videant: nōne aliq̄ cōpasi
sione erga eos mouenf. Nōne eos de tor
mentis liberari cupiūt: Recole illud euāge
licū qd abraā diuit̄ r̄ndit Inter nos & vos
chaos magnū firmatum est vt h̄i q̄ volunt
hinc transire ad vos nō pñt: nec inde huc
trāimeare. Quid ē illud chaos iter bonos
et malos: nisi hinc iusticia: inde iniq̄tas q̄
nullatenus sociari valent. Adeo enī sancti
dei iusticie addicti sunt vt nulla cōpassio
ad reprobos transire valeant: nulla p̄ eis
inter sc̄os fiat intercessio. Quō ḡinde vo
lunt aliq̄ transire ad illos & non pñt: q̄ si dei
iusticia admitteret: nō fieret eis molestia li
beratio eoꝝ. Vel ita dicunt velle & nō pos
se: nō q̄ velint & nō possint: sed q̄ & si vel /

*Greg. super
Lucam.*

DI.

L

Grego. super Lucam. Iet nō possent eos iuuare. **De h̄ ita. Greg.** Sicut reprobia penis ad gloriam sancto rū transire volunt et nō possunt: et ita iusti per misericordiā mente ire volunt ad positos in tormentis ut eos liberent s̄ non possunt: quod iustorum anime et si in nature sue bonitate misericordiā habent: iam tunc auctoritati iusticie iuncte tanta rectitudine cōstriguntur: ut nulla ad reprobos comparsione moueantur.

Qd̄ visa impiorum pena non minuit beatorum gloriam.

Postremo querit

Grego. super Lucam. an pena reproboꝝ visa decolorat gloriam beatorum: an eorum beatitudini p̄ficiat? **De hoc ita Greg. ait.** Apud animū iustorum non obfuscatur beatitudinē aspecta pena reprobōꝝ: qd̄ iā vbi cōpassio miserie nō erit: minuere beatorum leticiā nō valebit. **Et** licet iustis sua gaudia sufficiant: ad maiorem tñ gloria vidēt penas malorum quas p̄ gratias euaserūt qd̄ q̄ dei claritatē vidēt: nū in creatura agit qd̄ videre nō possint. Nō est autem mirandū si sancti iā immortales reprobos videant mentis intelligētia: cū p̄p̄he mortales adhuc videre hec oīa meruerūt. **Egredient̄ ḡ electi nō loco sed intelligētia vel visione manifesta ad videndū impiorum cruciatus: quos videntes nō dolore affici ent: sed leticia faciabunt agentes gr̄as de sua liberatione visa impiorum ineffabilis calamitate.** **Uñ Elaias** impiorum tormenta describens: et ex eoꝝ visione leticiā bonorum exprimens ait. **Egredient̄ electi. f. et videbunt cadavera viroꝝ q̄ p̄partati sunt in me: vermis eoz nō moriet: et ignis non extingueſ: et erunt vsq; ad faciem visionis omni carni. i.electis Letabit̄ eñ iustus cū viderit vindictam.**

Hec de pedibꝝ sedentis sup soliū excelsum quos seraphin duabus alis velabant scriptori et si nō auditore cōmemorasse sufficiat: qui a facie exorsus sedētis: p̄ media ad pedes vsq; via duce peruenit.

Ista ē distinctio. l. et ultima huiꝝ quarti libri. In q̄ m̄gr̄ post̄ declarat de pena malorum. Et circa hoc in hac vlema dicit. tria facit. Primo cuꝝ inquirit an damnati habeat facultatē peccandi Secundo an sciat ea que agunt in hoc mundo Tertio an sancti in celo videat dānatorum penā in inferno. Primum facit a principio distin. vsq; ibi. Preterea queri solet. Secundum ab inde vsq; ibi. Postremo querit. Tertio vsq; ad finē distin.

Et tñ in generali. In speciali sententia m̄gr̄ stat in tribus p̄positiōibꝝ quaz p̄ma est hec. Mala voluntas dānatorum p̄t existit extra merendi statū est pena et nō culpa nec peccati. **Danc magister in** mans querit primo virū verū sit qd̄ dicit Augu. q̄ in malis et dānnatis nō est facultas peccandi. cū tñ cōtinuerūt habent malam voluntatē. Et respōdet fīs quodā q̄ illa mala voluntas non est p̄t̄m sed pena sīm alios vero est culpa sed per eam nibil demerent̄ quia non sunt in statu demerendi. Magister aut̄ p̄mā opinionē approbat. s. q̄ talis voluntas sit pena. q̄ sicut cedit bonis ad gloriam et non p̄t̄ habere bonam voluntatē. Postea querit cur mali dicunt̄ esse in tenebris exterioribꝝ. Et r̄ndet q̄ hoc iō dī. q̄ penit̄ erunt a visione exclusi. tū ppter maliciā voluntatis tū ppter obliuionē quā in eis causab̄e grauitas tormentorū. **Uñ iudicū tamen nō tam pfundas penas** patiens sicut post iudicū. **Secunda p̄positio ē hec.** Dānnati q̄ in inferno tormenta patiunt̄ nō recognoscunt ea que in mundo agunt. Hāc magister ponēt querit. Uñ dānnari cognoscant ea que in mundo agunt. Et r̄ndet q̄ non habent in curam aliquā de suis notis qn̄ nō vidēt eos secum in tormentis nec in gloria cū beatis. Ubi etiā subdit q̄ anime a corporibus separe in locis corporalibus p̄t̄ detineri ad p̄nā. et ponit exempli de diuite dānnato. Qualit̄ autem sint intelligenda de diuite et lazaro dicit esse diuum et incertum. **Tertia p̄positio ē hec ante extremū iudicū beati in celo absq; cōpassione vidēt dānnatos et eoz tormenta in inferno.** Hāc magister in manuans querit. **Uñ illi qui sunt in inferno et q̄ sunt in gloria se vicissim et mutuo videat.** Et r̄ndet q̄ aī iudicū boni malos et mali bonos vident. post iudicū um vero tñ boni malos videbunt et non econverso. Postea querit quō possunt videre dānatos absq; cōpassione. Et r̄ndet q̄ hoc ideo est. q̄ voluntas eoz perfecta est et conformis diuine voluntati et iusticie. Postea querit vtrum ex hoc et sancti vident penas dānnatorum eorum gloria minuāt et gaudiū augēat. Et r̄ndet q̄ ex hoc eoz gloria et gaudiū augēbitur qd̄ pluribꝝ autoritatibꝝ p̄bat. Ultimo magister epilogat finē op̄i imponēt et tangit Estant visionem. vj. ea. qui dicit. Uñ dñm sedent̄ sup solium excellum et eleuat̄ et plena erat omnis terra. i. dominus a maiestate eius et ea que sub ipso erant replebat cōplū. seraphin stabat super illud. se ale vni et sex ale alteri. duabꝝ velabant facie eiꝝ et duabꝝ velabant pedes eiꝝ et duabꝝ volabunt et clamabunt alk ad alteꝝ et dicebāt Sanctus sanctus sanctus dñs deus exercituum ple na est omnis terra gloria eius q̄ quidem vissio a dyo nissio sic exponit. p̄ fedent̄ in soliū dicit designari ipsum dñm. q̄ soliū excelsum ipsam eminentiā diuine naturae. p̄ domū superiorē significat excelsiores nature dñ magis. p̄p̄nq̄ q̄ eiꝝ maiestate plenū representat. q̄ tem plū dñ inferiorē creature. f. corporeis q̄ inferiori mō diuinā p̄cipiat bonitatē. **Dut̄ aut̄ sedentis sup thronū nū facies ipsam diuinā essentiā significat. et ea q̄ in eiꝝ eternitate fuerūt ante p̄stitutionē mūdi.** Per pedes dñ significat ea q̄ post finē mūdi erūt in gloria bīdū et in penis dānatorum et media dñ et ea q̄ cursu medijs tgis agunt. Seraphin aut̄ facie sedentis supra thronū et pedes eius velare dicit. q̄ misteriū ethie diuinitatis et future beatitudinis et misericordie ad plenū nō reuelant. s. q̄ duabꝝ alis velabunt q̄ de his q̄ medio tpe agunt nos q̄tū op̄ et misteriū angelorum instruimur. inē quo s̄ seraphin p̄mat̄ tener. Sonq̄ volat̄ p̄ p̄cessū reuelatio nis eoz in nos demonstrat̄. Sic igit̄ m̄gr̄ breuiꝝ et subtilit̄ epilogat sp̄lī q̄tū ad ultimā gr̄ē bīdū quarti libri dices sibi sufficere p̄memorasse p̄dicta dñ pedibꝝ sedētis manet̄ i. malestāte tri. sup soliū excelsū. i. dñ bis q̄

flunt in tempore iudicij quos pedes seraphin duab⁹
alii velabant & eorum ministerio non sunt ad plenū
reuelata. Secundo epilogat generaliter q̄s ad to-
tius libri processum dicens qz ipse exodus est incipi-
ens a facie sedentis super solium excusum. id est ab
ipsa deitate trinitatis de qua in primo lib. egit proce-
dit per media que de duratōne mundi aguntur que
sunt creature & peccata de quibus egit in secundo.
Reparatio & virtutes de quibus egit in tertio libro

Et ecclesiastica sacra de quibus egit in pma pte huius
quarti libri. duce xpo q̄ est vita gaudiēi vñq ad pe-
des. i. vñq ad ea que in fine mundi & etiā q̄ post mun-
dum agunt. sicut resurrectio corporū. punitio dāna-
torū & gloria bonorū q̄ in delectatione & cognitione
dei cōsistit. ut si a deo incipiēs eius doctrina termi-
natur in deo q̄ est causa a qua omnia & finis ad quēs
omnia ordinantur. Cui honor & gloria decus & im-
perium in secula seculorum.



Liber Sententiarum magistri Petri Lombardi: cum conclusiōibus
magistri Henrici Gorichem: sacrarū litterarū interpretis explicit. Im-
pensis atq̄ singulari opera Nicolai Kesslers ciuis Basiliceen. ad honorem
sancte & indiuidue trinitatis ac fidei catholice augmentū et tuitionem
q̄ diligētissime impressus. Anno incarnationis dni post millesimū qua-
ter centesimū nonagesimo secundo. Duodecimo vero kalī. Martij.